

CLASSIS III.  
DE PISCIBUS.

## LXXII. Anguilla.

Ἐγχελις. Χαλ.

## OFFICIN. NAT.

1. Pinguedo. 2. Caput. 3. Sanguis.

1. Pinguedo vulneraria est, capillos generat, (illata in alopecia:) auditum restituit, (instillata auri;) hæmorrhoides mitigat.

2. Caput anguillæ Verrucis cutis mederi ajunt, sc. si caput sanguinolentum adhuc, quo Verrucæ tactæ sint, terra cooperiatur, ut putrescat.

3. Sanguis adhuc tepidus colicos domare dolores dicitur, (cum Vino assumptus.

N. Sunt, qui dicunt Vinum, in quo Anguille suffocata fuerint, abstemios reddere, (bibiticos.

## LXXIII. Barbo.

Τρίγλη, Barbo, Barbe/Barine.

Piscis est culinis sc. tis laudabilis.

Officinis a. in usu ñ est, Ova tamen à ruricolis nonnullis assumuntur, ad sciendum vomitum & alvum quod sat violenter perficiunt.

## LXXIV. Blatta Bizantia.

Ὄυξ. Unguis odoratus.

Testa seu tegumentum est Conchylii odore castoreum æmulans.

N. 1. Conchylium (Conchyla Indica) est species Conchar. oblongarum, quæ in lacubus nardiferis nascens, nardis vivit., unde & testa odorem castores æmulum spirat.

N. 2. Sunt qui Conchylium & purpuram seu buccinum inter se confundunt, sed male: Illud enim est ex genere conchar. oblongar. hoc ex genere rotundarum.

Vires. Unguis odoratus internè laxat alvum, splenem mollit, vitiososque humores discutit.

Externè excitat suffitu scæminas strangulatu uteri oppressas, comitialesque. In reliquis idem præstare poterit, quod aliæ concharum testæ, Vide Concha.

N. Blatta Dioscoridis sunt è genere Vermium, nobisq. incognitæ.

## LXXV. Cancer.

Καρκίνος &amp; Κάμμαρος &amp; Astacus Krebs.

## OFFICIN. NAT.

1. Cancer meger. i. e. substantia edulis. 2. Oculi. 3. Putamen.

Vires. 1. Refrigerant Cancris, humectant, dolorem sedant, ferocientes spiritus figunt.

Hinc Usus præcipui in Æstu, ac dolore Capitis & Renum, (contusi ac cataplasmati,) in Angina, (si gargarismu ex succo cancrorum, imò & internè succus exhiberi poterit.) In Atrophia (exhibetur internè succus cum ∇, vel succo Chelidonia, externè fieri potest Emplast. ex cancris tuis, Epate Vitulino atq. Ol. Olivæ, Laurinoque.) Tela ac Spicula è corporibus extrahunt, (triti & impositi,

Qqqqq

2. Ocu-

2. *Oculi Cancris* (lapides Cancris) refrigerant, siccant, abstergunt, discutunt, calculum atterunt, tartarum & sanguinem coagulatum resolvunt.

Hinc Usus magni in Nephritide, Pleuritide, Asthmate, dolore Colico, &c sive crudi, tritique assumantur, sive ulsi & preparati, inserviunt itidem dentib. abstergendis.

3. *Putamen* (testa) easdem cum oculis dictis vires obtinet. Insuper scabiem puerorum ex falsis humorib. sanat, (oleo rosaceo permixtum & illitum,) febrium intermittentium paroxysmos arceat.

N. Praestat putamen novellum tenuig quo induuntur postquam crassius deposuerint annuatim.

PREPARAT.

1. *Cinis cancrorum* (i.e. Cancris combusti,) exiccatorius est, proprietate pollet adversus morbum canis rabidi. (assumptus cum radic. Gentian.) Rimas pedum ac sedis verruculas & carcinomata cum melle lenit.

N. Galenus hoc Medicamenti genus quod ab Aescrione Empirico didicisse consistetur, maximopere ad morsum rabidi canis commedat, Aescrionemq. cancos vivos in patella area ussisse ait, donec in lavorem facile redigi poterant, idque per ortum Canis ☉ se transiit in ☽.

Dosis Cochlear parvum ad ℥ 40. continuatum.

2. *Oculi cancri preparati* F. l. c. lavigando, cum ∇. v. gr. feniculi.

3. *Mag. oculor.* ☉. v. l. 2.

4. ∇ cancror. fit è cancris MB vel He destillatis.

Vires. Urinam pellit, calculum arteris, sicut extinguit.

N. Quercetanus macerat cancos cum ∇ semper vivi majoris per ℥ m, hinc ☽ at, ter cohobando, adhibetque inflammationibus, combustis, carcinomatibus, quibus maximè prodesse ait, imprimis si sale ex remanentia elixivato imbuetur. Pharm. Rest. c. 7.

5. *Oleum seu Liquor Ocul.* ☉. fit l. com. per deliq.

N. Aliter:

℞. Pulv. oc. ☉. ℥. v. ☉. p. d. ℥. vj. dig. in F. Eq. (℥ 15.) hinc coagula & extrahe ∇. Tandem abstrahere ∇ & remanet ☉.

Dosis g. 4. ad 6. Hartm. in pr.

LXXVI. *Carpio vel Carpo.*

Κύπριν ☉, Carpus, Carpa, Karp/ Karpff.

Piscis est notus limo & mucro vivens

OFFICIN. NAT.

1. Fel, 2. Axungia, 3. Lapis triangularis, 4. Lapilli oblongi.

Vires. 1. Fel oculor. hebetudini & nuceulæ subvenit.

2. Axungia nervorum affectibus calidis auxilio est.

3. *Lapillus Carpionis* (triangularis in capite repertus, Karpffenstein) colicis dolorib. calculosis, comitialibusq. conferre statuitur.

4. *Lapilli duo supra oculos existentes*

tes itidem ad Epilepsiam commen-  
dantur.

LXXVII. *Cetus*.

Κητος, Cete, Wallfisch.

Cete nomen generaliter pisces va-  
stos viviparos denotat; specialiter  
tamen pro maxima eorundem spe-  
cie sumitur, quæ ob vastam suam ma-  
gnitudinē ac conformationem qua-  
drupedes æmulatur.

## OFFICIN. NAT.

*Axungia*, quæ medetur scabiei, *illita*.

N. Ex hoc animalis sunt qui sperma  
Ceti officinarum desumi volunt, sed male,  
v. l. 3. c. 31.

Alij *Ambram ipsi acceptam refe-  
runt, sed itidem falso.*

LXXVIII. *Concha*.

Κόγχη Musch In.

Est genus piscium capite destitu-  
tum, testis (quas eodem nomine  
Conchas vocant,) circumvallatum  
sive duplex testa illa sit & compli-  
catilis, sive simplex.

Ex harum genere sunt & Marga-  
ritiferae, quas vide infra & l. 3. c. 7.

Varias sub se species complecti-  
tur, secundum figuram coloremque  
ut plurimum nomina nactas, vel &  
peculiari nomine insignitas.

Sic sunt:

Conchæ longæ Rhomboides,  
squammosa striatæ, echinatae, coral-  
linæ, leves, &c. Huc ostreae, mater  
perlar. blatta bizantia, Chamæ ge-  
nerum varior, &c, Umbilicus mari-

nus, dentalium, antalium, purpura  
conchylum.

N. 1. Crescit Concha ac decrescit cum  
cremento & decremento Luna.

N. 2. Inter aquatilia nullum ani-  
mal esse perhibetur, quod majori deside-  
rio teneatur, vescendi carne humana  
quam hoc ipsum.

## OFFICIN. NAT.

1. Testa, 2. Caro, 3. Margarita, de  
quibus l. 3.

Vires. 1. Testæ conchar, vim ha-  
bent exiccandi, sudorem movendi,  
abstergendi, &c.

Hinc Usus earum internus præ-  
cipuè est in febr. quib, interveni-  
ente sudore medentur.

Externè conveniunt in dentifri-  
ciis absterforiis, in inariscis & con-  
dylomatis aut reprimendis (calx ap-  
plicata).

## PRÆPARAT.

Adhibentur autem conchæ, tum  
pulverisatæ solummodo, tum calci-  
natæ & pulverisatæ, vel & simul le-  
ge communi, cum  $\nabla$  card bened &  
sim. lævigando præparatæ.

N. Nostratibus hoc nomen sibi com-  
muniter vendicat, genus conchar, oblon-  
gum quod hisce in locis vulgariis reli-  
quis invenitur.

Ex horum testis sit famosum illud Au-  
tisebrile Crollianum.

Hoc modo:

Testis dictis affunde  $\ddagger$ , stet per  
noctem, tunc extrahit mucorem

Qqqqq 2 quo

quo abraſo, calcina teſtas ad albedinem uſq; pulveremque ſerva.

Vires. Ciet ſudorem ſat largiter, adeoque inſtante paroxyſmo ( præcipue tertiano, ) exhibitus febres ſolvit, maxime ſi vice ſecunda vel tertia iteretur.

Dofis ℥ ℞. ad ʒj.

N. Crollius exhibit in haufu Cereviſia, calida cum tantillo butyri.

2. Caro concharum, id eſt, ſubſtantia edulis, culinaria potiffimum eſt, & in cibo quartanis convenire dicitur.

### LXXIX. Dentalium & Entalium.

Dentalium eſt conchula parva oblonga, exterius aſperula, intus leviffima. tubuli modo concava, alteraque parte rimam habens canini dentis inſtar acuminatam, unde & dentalium nominatur,

N. Non piſcis, ſed vermis oblongus, ac tenuis dentalij incolæ eſt, adnaſcitur ſaxis marinis, conchiſve vetuſtis.

Entalium icidem teſtaceum quoddam eſt marinum, inſtar parvi cornu longiuſculum, rectum & cavum, foris ſtriatum, intus læve, raro longitudinem digiti ſuperans.

N. Videtur eſſe Dactylus Plinij.

Vires. Utrumque eſt in Medicina hætenus parum, & non niſi in unguento Curino uſitatum ſit, attamen cum aliis teſtar. generib; ad ſimiles affectus adhiberi poſſe veriſimile eſt.

LXXX. Halec.

Mævis, Halecus, Harengus, Hærig, Hæring.

Piſcis eſt Marinus Oceano Baltico, aliſque Germaniæ Oceanis familiaris.

### OFFICIN. NAT.

1. Veficula, ( Halecis anima diſta, )

2. Iſſum Halec & 3. Muria.

Vires. 1. Anima diſta No IX. exhibitæ urinam ciere dicuntur.

2. Integrum Halec ſalutum imponitur plantis pedum ad humores à capite derivandos, æſtumque febrilem domandum. Cinis exhibitur ad calculū atterendum, ( ſit ut cancrorum, )

3. Muria, ( Garum ) eſt brodium quo Halec vel alius piſcis fuerit conditum. Inſervit Clyſterib; in coxendicum dolore & Hydrope, mundificat ulcera fœtida, Gangrænâ cohibet, ſtrumas diſſipat, ad anginas valet. ( cum melle illius, )

### LXXXI. Huſo Ichthyocolla.

Exoſis, Hauſen.

Genus piſcis eſt è maximis ( longit. 24. pedum pondere nonnunquam ad lb. 400 ) Cartilagineum, oſſib; expers, ( exceptis quæ in capite ſunt, abſque ſquamis, &c. )

Familiaris piſcis eſt Danubio, mirum ex Mari in Danubium deſiderio aquar. dulcium aſcendit.

### OFFICIN.

Exhibet Officinis Ichthyocollam ( Arab. Alkanna Hauſblafen ) quæ glutinis genus eſt, colore album, ex illius

lius corio, intestinis, ventriculo, pinis & caudâ confectum.

*Idque hoc modo:*

Partes dictæ in frustula tenuissima sectæ macerantur, in  $\nabla$  calidæ q. f. hinc coquuntur lento  $\Delta$ e ad consistentiam pultis, malaxanturq; antequam refrigerint in massam.

Vires. *Siccatur, explet, quadantenus mollit.*

Hinc Usus ejus est in Emplastris glutinantibus.

N. *Adhibetur & ad gelanda jura, (Galrey zu machen) ex eisdem addito Saccharo cand. excoquitur etiam translucentum & flavum glutinum genus, (Fischleim & Mündleim appellatum,) quod in ore liquefactum ad chartas glutinandas adhibetur.*

### LXXXII. Lucius.

$\lambda\acute{\alpha}\beta\omicron\gamma\zeta$ , aliis  $\lambda\acute{\omega}\nu\textcircled{C}$ , Lupus, Hecht.

N. *Sunt qui Lucium ac Lupum confundant, quod etsi nominatenus concedi possit, cum utrumque piscis sit rapax ut Lupus terrestris, attamen re ipsa distinguuntur.*

*Lupus siquidem veterum, marinus piscis est, figuræq; à Lucio aliena.*

#### OFFICIN. NAT.

1. Fel. 2. Cor. 3. Mandibula. 4. Ossiculum cruciforme. 5. Axungia. 6. Ova.

Vires. 1. Fel, Febrim arcere volunt, (si assumantur No. 3.

Extrinsecus ieservit oculorum maculis, hebetudini aliisque eorum affectibus.

2. Cor, adversus Februm paroxysmos devoratur.

N. *Sunt qui Cor vivo Lucio exemptum devorare, luciumque corde orbium denuo in fluentem  $\nabla$ m conjicere jubent.*

3. Mandibula, exiccat, abstergit. Hinc datur in pleuritide ceu specificum, confert itidem ut & reliqua capitis ossicula in calculo, fluore albo mulierum, partuq; difficili.

Extrinsecus sistit (cinis) synoviam, vulnera inveterata mundificat, hæmorrhoides exiccat.

4. Ossiculum cruciforme ex capite Lucij, commendatur quibusdam ad Epilepsiam (assumptum).

N. *Periapton singulare quibusdam habetur adversus incantamenta.*

5. Axungia vulgare Medicamentum est, illiniturque plantis pedum & pectusculis infantulorum ad revellendos catarrhos & demulcendam tussim.

6. Ova, vomitum ac alvum ciere apta sunt, unde & hujus gratia medicamenti loco à plebeis exhibentur.

#### PRÆPARAT.

$\nabla$ fellis destillata oculis subvenit,

### LXXXIII. Mater Perlarum.

Macra Perlarum seu Margaritarum Perlen Mutter.

Species est Concharum, à Margaritis nomen ducentium, quæ inibi frequentius, quam in reliquis inveniuntur.

Qqqqq. 3.

Vires.

Vires. Præter vires concharum communes (vide supra) sunt quæ vim cordiale huic attribuunt, verum quo successu, videant ipsimet.

Alii Antifebrile ex eadem faciunt, ad modum, quem supra ex conchis oblongis dedimus.

#### LXXXIV. *Mustela.*

Σάβη⊙ Gobius fluviatilis. Mustela fluv. Gesner. Xalraup / Xalrup / Krusche / Quapp.

##### OFFICIN. NAT.

1. Epar. 2. Ventriculus. 3. Spina.

Vires. 1. Hepar in vitro suspensum calori expostum, in liquorem liquefcit flavum, admodum utilem oculorum hebetudini ac nuceulis.

2. Ventriculus commendatur summè ad affectus uterinos, præcipuè autem fertur secundinas pellere, colicq; dolores abigere, (poius).

3. Spina pulverisata caducum expugnare fertur.

#### LXXXV. *Ostrea.*

Ostrea. Oster Muscheln.

Sunt concha marina, ex genere rotundarum.

Vires. Ostrea pestiferos bubones loco transferunt, & virus omne ad se trahunt; Sunt autem agglutinanda brachii parti, qua axillaris decurrit, videlicet si bubo in alis sit, si vero inguen obfederit, lineamentis femoris quæ vena cruris describit. Hollerius.

N. Testa concharum vicaria esse possunt.

#### LXXXVI. *Perca.*

Percus, perca. Bersich.

Perca fluviat. (ad differentiam Percæ marinæ, quæ piscis ab hoc differens est.

##### OFFICIN. NAT.

Lapides in capite reperti, juxta spinæ dorsi initium: Hi virib. conveniunt cum reliquis lapidib. testaceis, adhibenturque in calculo attendendo. renib. abstergendis.

Extrinsecus in dentificiis, vulnerib. exiccandis.

#### LXXXVII. *Rana aquatica.*

Βάρεξ⊙, { aquatica, hæc usualis,  
Rana Grosch } terrestris  
amphibia.

Præfertur ex aquaticis, quæ in fluviis puris ac fontib. reperitur, eaque viridis.

Rubeta nimirum, & quæ in lacub. habitat, damnatur ceu perniciofa.

Terrestres itidem cedit aquaticis, imo quæ maculatæ ex his sunt, venenatæ habentur.

N. De Ranunculo viridi, vide Class. 1.

##### OFFICIN. NAT.

1. Ipse Rana. 2. Cor. 3. Epar. 4. Fel. 5. Pinguedo. 6. Sperma Ranarum.

Vires. 1. Dioscoridi Rana ipse contra omnium serpentium venena pro Antidoto sunt, si ex salè & oleo, vel butyro edantur, jusque earum itidem

dem forbeatur. Valent & adversus in veteratos tendinum rigores.

Inducit etiam vini fastidium, si vinum in quo viva rana viridis suffocata est, propinetur: Viva Anthraci pestilenti imposta, donec moriatur, venenum elicit. Viva integra alligatur ad caufonum æstus: articulo- & juncturar, dolores mitigat, ignesque sacros restinguit, (viva scil. vel confusa imposta) Odontalgiam sedat, (cocta & in gargarismo adhibita.

N. Si ventri torminoso adhibeatur in ipsam vitium transire confestim fertur.

2. Cor Ranarum (maximè fluviatilium) febricitantium Spinæ alligatum, febriles algores minuit. Sunt qui cordis regioni admoveant ad mitigandos caufonum æstus & incendia. Mizald.

3. Epar exiccatum & pulverisatum in februm quartanar. (& aliar.) accessione cum successu assumi, ajunt. Crato exhibet in  $\nabla$  millefolij.

N. Epata ranar. viridum in paludibus degentium seu peculiare specificum ad Epilepsiam commendant.

Exhibere jubent sub conjunctione Luminarium  $\zeta$  in  $\odot$  existente. Petrus Nosolog.

4. Fel, peculiariter oculis convenit,

5. Pinguedo aurib. indita dolorib. medetur.

6. Sperma ranarum, (Sperniola) Groschleth/ refrigerat, constipat, in-  
crassat, dolores mitigat, manuum scabiem curat. (si mense Martio in eo laventur;) paronychia & herpes interficit, erisypelati & ambustis aliisque inflammationib. succurrit, (impositum).

N. Linteum hoc spermate aliquoties madefactum & exiccatum pro usu servant. Alij idem sperma in fictili, recondunt in terram loco scil. aprico, quo in  $\nabla$  cum tempore convertitur.

PREPARAT.

I. Cinis inspersus sanguinem profluentem, (e. grat. vulnenum. nariumque) sistit. Uteri hæmorrhagias suffitu reprimit, alopecii ex liquida pice illinitur.

Interne gonorrhæam cohibet (assumptus  $\mathfrak{z}$ ).

2. Aqua stillatitia è Ranis.

Fit è Ranis vivis sub finem Martii, vel initio Aprilis captis per  $\mathfrak{X}$ .

3.  $\nabla$ . stillat. ex spermate.

Fit per  $\mathfrak{X}$ , è spermate collecto Martio.

N. Sal addere solent.

Vires. Ex precedentibus patent vires, præter quas Vesica ab humorum acrimonia exulcerata egregia medela est.

4. Oleum.

Fit coquendo ranas cum  $\odot\odot\odot$  communi vel Rosac.

5. Pulvis spermole compositus.

Vide libr. 2. in Pulveribus.

## LXXXVIII. Sepia.

Σηπία, Blackfisch / Blackküttel

OFFICIN. NAT.

1. Os Sepia. 2. Humor ater. 3. Ova.

Vires. 1. Os Sepia, (σηπίον) exiccatur, abstergit, (pulverisatum vel incineratum,) maculis, nævis, scabiei humidæ medetur, oculis convenit, (cum melle cinis inditum,) gingivis tumidis subvenit, (in dentifricijs) asthmaticis auxilio est, (assumptus,) Gonorrhæam sistit, (pulvis assumptus) ʒj Dosis.

2. Humor ater (Dinte) intra vesiculam in corpore repertus, alvum movere dicitur, (assumptus.)

3. Ova teres & ureteres abstergunt, menses & urinam cient.

## LXXXIX. Sturio.

Ἀκτινίσερ, Γαλαζίας, Gal. Aquipenser, Stora, ein Stör / Stür / Stürlein.

Piscis est dorso ac ventre echinatus, dulcesque salsasq; aquas colens, magnitudinis proceræ.

Vires. Ossa Sturionis, dicti piscis commendantur in Arthritide vaga, (exhibita) Forest, libr. 20. observ. 12. in Epistola D. D. de Brabe.

Ut & in Colicis doloribus discutiendis.

## XC. Testudo.

Χελώνη λιμναία, Schildkröte.

Animal est ἀμφίβιον, è genere Testaceorum, scutum testaceum in dorso gerens.

OFFICIN. NAT.

1. Crura. 2. Sanguis. 3. Fel.

Vires. 1. Crura pro Periapto antipodagrigo experientissimo adhibentur.

Videlicet:

Accipiatur Testudo masculina (cognoscitur inter cætera ex cauda discrimine, & leni sub interiore testa incisura,) ubi Luna maximè fuerit diminuta, priusquam cum Sole jungatur, amputentur vivæ crura omnia, ea confuta in sacculos ex pelle hædina angustos alligentur membris patientibus ita ut dextrum crus testudinis dextro cruri ægotantis respondeat, sinistrum sinistro. Item anterius crus dextrum brachio dextro applicetur, sinistrum sinistro, Solenand, sect. 1. consil. medic. 20. Schenckius in observ. Idem refert Bapt. Porta ex Rhafi & Constantino, libr. 4. Phytogn. cap. 4.

2. Sanguis Testudinis marinæ & terrestris in remedijs internis pro antidoto datur ad ʒij.

Sanguis Testudinis terrestris ad Hæcticam imperatur (recens & crudus ad ʒj.) exiccatus ad Epilepsiam commendatur.

3. Fel, Oculis confert.

## XCI. Thymallus.

Θάλασς, Aschia, Asche.

OFFICIN. NAT.

Axungia.

Vires. Oculorum maculas, ungue-  
elque

esque abstergit, (Sole liquata & melle permixta.) maculas cutis tollit, foveas post variolas relictas explet, (illura.

XCII. *Tinea.*

Σκάρπη. Tencha, Schleye.

Piscis est mucosus excrementitius anans aquas palustres, canosas, lutosas, vivens cæno, generatur tum ex traduce, tum sponte. Familiaritate lucio conjuncta est.

## OFFICIN.

1. Integer piscis. 2. Fel. 3. Lapis.

Vires. 1. Integer piscis dissectus imponitur pulsib, manuum pedumque plantis ad mitigandum æstum febrilem, vel & ad divertendum venenum pestilentiale. Simili etiam modo adhiberi solet in dolore capitis ac articular. Vivæ tinea (una post alte-

ram) umbilico ac epati imposita, donec moriantur. Icterus curare dicuntur, luteum nimirum contrahunt colorem. Incineratam tineam, (præcipuè tegumentum) in fluore albo mulierum exhiberi vidi cum successu.

2. Fel, commendatur ad aurium affectus.

3. In Capite gerit Lapidem ut Carpio, qui ad similes affectus exhiberi poterit, quo dictus Carpionis lapis.

XCIII. *Trutta.*

Χρυσόφρυς, Aurata, Variolus, Variola, Trutta, Sohre/ Sozelle.

Piscis est culinæ creberrimus & laudabilis.

## OFFICIN.

Pinguedo, Hæc illinitur utiliter mariscis & ani fissuris.

CLASSIS IV.  
DE INSECTIS.XCIV. *Apes.*

Μελίτα, Apis, } Domestica, hujus  
Immen/Bienen } luci.  
Sylvestris fera,  
Hummi.

Apis insectum est mellificans, vivens, tum florum melligine, tum melle ex illa melligine confecto.

## OFFICIN. NAT.

1. Apis. 2. Mel. 3. Cera. 4. Propolis.  
1. Apes sicca & contrita inun-

ctis alopeciis capillum restituunt.

II. Mel, eligendum est flavum pellucidum, odore ac sapore jucundum, consistentia, neque crassum, ac concretum, neque dilutum nimis, omni ex parte unitum seu continuum. Flavo succedit album, quod itidem modo reliqua bonitatis signa ne defuerint, non contemnendum.

Vitetur autem in mellis electione

Rrrr fa-